Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

maris sonantis. & tumultus turbarum sicut
sonitus aquarum multarū sonabunt. Sonabū
populi sicut sonitus aquarum inundantiū.
& increpabit eum & fugiet procul. & rapietur
sicut pulvis montium a facie venti. & sicut
turbo coram tempestate. in tempore vespere.
& ecce turbatio. in mattutino. & non subsistit.
Hec est pars eorū qui vastaverunt nos. & sors
diripientiū nos. Supra legimus sub nomine
damasci vo ~ cationem gentium & abiecti
onem iudeorum. & per apostolos atq; in aposto
lis paucorum de iudeis credentiū electionē.
& quoniam ad comparationem totius mun
di & universarū gentium parva pars popu
li credidit xpiani. de quibus supra dictum ē.
& reliquie syrie sicut gloria filiorum israhel
erunt. multi enim vocati & pauci electi &
non est omnium fides. nunc consequenter
infertur. non planctus. sed ve his gentib' que
credere noluerunt. & persecute sunt populū
xpianum. conparantur q; undarū molib; &
frementi mari. & quantū in se est cuncta opp
mere & occupari cupienti. Sonabū enim popu